



The Holy See

IOANNES PAULUS PP. III LITTERAE APOSTOLICAE **UT ET PUBLICA** NUNTIATURA APOSTOLICA CONDITUR
IN CIVITATE ANTIQUensi ET BARBUTENSI Ad perpetuam rei memoriam. – Ut et publica Ecclesiae negotia recte
apteque expediantur, Nos, qui probatum Sanctae Sedis morem sequimur, Apostolicis quoque Nuntiaturis in orbe
terrarum hic illic condendis operam damus, quae religioni et Civitati haud parvae utilitati esse videntur. Cumque re iam
nunc publicae initae sint necessitudinis rationes Antiquam et Barbutam cum Apostolica Sede coniungentes, quas ipsa
Legatus Noster dehinc tuendas studiose quidem curabit, quocirca, audita Congregatione pro Gentium Evangelizatione
seu de Propaganda Fide, ex plenitudine potestatis Nostrae harumque Litterarum virtute hodie in Civitate Antiquae et
Barbutae Ipsi Nuntiaturam Apostolicam instituimus, quae a pro nunc sedem in Portu Hispaniae habebit, eique iura
privilegia indulta tribuimus huiusmodi ordinis Legationum propria. Quae denique hisce Litteris sueto more ediximus,
statuimus, ea volumus suos nunc et in posterum effectus habere, contrariis rebus quibuslibet nihil obstantibus. *Datum*
Romae, apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die XV mensis Decembris, anno Domini MCMLXXXVI, Pontificatus
Nostri nono. AUGUSTINUS Card. CASAROLI, *a publicis Ecclesiae negotiis* © Copyright 1986 - Libreria Editrice Vaticana

Copyright © Dicastero per la Comunicazione - Libreria Editrice Vaticana